Quelle:
Copyright:



Duo autem hic notanda mihi videntur; pri-
„mo: capitulorum inscriptiones et plures, et
alias esse in codice nostro, ac in præfata editio-
„ne Rignaei; secundo: post memoratum prologum
extare in codice nostro alterum, cujus initii,
„um est:" Venit nuper ad manus meas, „qui Ri-
„gnaeum latuisse videtur. Editiones, et cod.
qui de Isidoro scripsere, videsis apud Fabric.
Bibl. m: & inf: Latin: T: 4. p: 183. Segq:

4. Fol: 95b–100a.

S. Augustini Liber de assumtione B: V:
Maria. Rubrica præcedit:" Incipit prologus
Augustini de assumtione corporis gloriosæ et
perpetuæ virginis Mariæ; prologi autem ini-
tium est:" Ab interrogata de virginis et ma-
„tris domini revolutione temporali et assump-
„cione perhenni". Opus ipsum inchoatur:"
„Quia profundissime et sua dignitate altissi-
„me rem respondurus quæstioni". Ab aliis hoc
opusculum vocatur Sermo, extatque in edit:
opp: S: Augustini Mauriana Fol: 1685. Tom: 6.
col: 230 in appendicem rejectum tanquam opus
incerti authoris. Ab aliis autem tribui-
„tur Autperto Abbati Casinensi; qui flore-
„it circa annum 834.

S. Augustini Liber de assumtione B. V. Mariæ.

Autpertus Abbas Casinensis.

5.c Fol: 100a–106a.

S. Augustini Meditationes"; ita inscriptio,
initium autem est:" Domine deus meus da cordi
„meo te desiderare, desiderando quærere, quæ-
„rendo invenire, inveniendo amare". Ex-
„tant in edit: opp: S. Augustini numero superi-
„ori citata Tom: 6. Col: 704 in appendice, ex
qua patefcit codicem nostrum nonnisi capita

S. Augustini Meditationes.